Primus adam / Iustus Noe / Magnus p(at)r abraam
Rex david / Migrans Babilon / natq(ue) redemtor
Et mundi fines etatum tempora claudimus
Sanctoru(m) requies non novit septima finem

Gramatica(m) Musicam ius Canonis a

4

Computus Chirometralis



Libellus ad lectorē ꝓ sua restitutōe

Qui nuper atris (ve mihi) vinculis
Conuinctus inter Sarmaticos erā
Canes: lupos nec non rapaces.
Carceribusqꝫ feris reclusus.
Eramqꝫ certe non numerabili
Confectus olim vulnere: spiculis
Atqꝫ vndiqꝫ asperis retusus.
Et stigijs religatus antris.
Nunc ecce lenis. pulcher. et elegās
Nitore necnon conspicuo nitens.
Senisqꝫ perfractis catenis
Ad superos redeo penates
Si forte queras. hic solitus mihi
Accessit a quo lenor: et vlcerum
A quo cicatrices leuate.
Et stygie pedice solute.
Verbis profecto perbreuibus tibi
Narrabo: docta nāqꝫ manu viri
Sum restitutus: cui perenne
Tecta decus Glogouina reddunt
Sed me politis munificus notis
Haller papyro pressit: et vltimas
Misit per oras: vt probato
Munere quisqꝫ frui valeret.
Ergo venustum: floridulum: glabrum:
Tersum: rotundum: frugiferum: bonum:
Nullisqꝫ mendis inquinatum:
Lector emas petito Libellum

Plurimorum rogatibus impulsus optimorumde-
niqз viroꝝ precibus psuasus vt in Computū quem Chirometralē dicim⁹
cōpendiosam explanatione recolligerē et pbreuē. vt ea q̄ i scdo libro eiusdē
cōputi in errorē deuenerūt emendā haberet. et clerus in ecclesia dei. horū co
gnitionē haberet que ad cleri noticiā attinet et spectant quorū nūero ē vnū:
ars scз cōputistica. Iuxta cuiusdā doctrinā qui i carmine sic inqt Clerus ī ec
clesia q̄tuor sciat esse tenēda. Grāmaticā Musicā ius Canonis atз calēdas
Ego itaqз mgr̄ Joānes Glogouieñ. p institutione
iunioꝝ. et marīe cleri pro singulari deniqз vniuersitatis nostre Cracouieñ.
fama et gloria breuē explanationē et cōpēdiosam. in cōputi Chirometralis
doctrinā scribere institui et scdm eiusdē cōputi partē ad emendā rediret/p
positū. nunc meū In nomine Jhesu saluatoris. et eius genitricis benedicte
feliciter incipio.

Argumentum et ysagoga in cōputi Cirometralis doctrinā. et Secundi libri vbi necesse fuerit emendā

¶ Ptolomeus ille doctissimus vir Alexandrinus in Pheludio natus oīm
astrologorū princeps. In phemio centū verboꝝ ostendit omniū rerum in
hoc mundo ordinē varietatē et dispōnem ex celesti depēdere circulo: inquit
eñ mundanorū ad hoc vel ad illud mutatione corporū celestiū mutationē
contingit. Qd̄ et Arestotiles peripateticus oīm phoꝝ maximus primo me
theororum pcedit. cū inquit. Necesse ē mundū istū inferiorē esse subiectum
et contiguum lationibus superiorum vt virtus eius inde tota gubernetur
Moyses etiā ille legifer amicus dei singulari Genes. pmo hoc idē affirmat
dicēs In principio creauit deus celū et terrā et duo luminaria magna lu-
minare maius vt pesset diei. et luminare minus vt preesset nocti. Et subiun
git et stellas vt in signa et tpa et dies et annos. Cūm itaqз ea que in ecclesia
dei a Christifidelibus seruanē ex motu solis et lune variatione contingunt
vt ē ciclus lunaris ciclus solaris festorū mobiliū diuersitas et alia plurima
maxime tñ pascalis solēnitatis variatio oportet eñ pasca nostrum prope
oppositionē Aprilis celebrare licet Christus dñs passus ē precise in oppo
sitione Aprilis decimo octauo Anno Tiberij impatoris. licet alij dicūt qn
to decio Eusebius tñ in Cronicis suis passionē Christi. anno decioctauo
Tiberij factā esse describit. Et gens iudaica in oppositione Aprilis semper
eorum pasca celebrat. In memoriā transitus illius cū eos Moyses p mare
rubrū sicco pede pduxit ne vtiqз iudaisare videamur sanctorū patrū statuit
auctoritas ppe oppositionē Aprilis christianorū pasca fore celebrandum
Necesse ē clericis qui de sorte sunt dñi cōputualiū scientiā habere ne p eorū
ignorantiā multi errores in ecclesia. et populo dei eueniant et marie ne talis

error accidat qui ꝛ bremensibus euenisse legitur qui festum Pasce peregerūt cum ceteri Christiani dominicam Oculi coluerunt. vt in his versibus q̄dā dixit: Bremenses asini cantauere resurrexi quando plebs domini cantabat Oculi mei. In hoc itaqꝫ cōpendio ea ducentur in mediū que ab antiquis cō putistis cōscripta sunt vt ea simul collecta fortius mēorie inhereāt studētū Adducentur etiā in hoc tractatulo plurima que pertinent ad studia Astronomie que ad sciendum vtilia autem et ad studendum iocunda. In primis tamen ante initium textus aliqua generalia premittenda erunt quibus intellectis facilius intentio et eius processus cognoscitur. In primis dicendū erit quid est Computus et quot duplex sit et qui inuentores originales fuerunt artis cōputistice. deinde de alijs gn̄alibus dicet̄ que in p̄ncipio librorꝫ ad posteriora intelligenda necessaria sunt vt quid est subiectum et materia circa quā huius tractatuli. que vtilitas. que intentio. quis titulus cui parti philosophie subordinatur. Et deinde de causis scientie huius libelli.

Quantum ad primum de diffinitione Computi.

Inquit magister Joannes de sacro Busto qui in Computo phisico cuius autor esse creditur sic diffinitur. Computus est scientia distinguendi tempa certa ratione s̄m cursum id est motum Solis et Lune. Et dicitur Cōput⁹ a cōputando. non q̄ computare doceat sed quia computando docetur. Est autem duplex Computus scꝫ phisicus vel philosophicus. aut Astronomicus et est scientia discretiua temporis infallibilis non pretermittens minuta ceterasqꝫ fractiones temporis. Et de tali Computo determināt Astronomi qui inquirunt tempora coniunctionū. et oppositionū Solis ꝛ Lune tempus eclipsium et aspectuū Planetarū et alia que ad studiū Astronomie magis attinent qꝫ ad vsum ecclesie

Computus vulgaris siue Ecclesiasticus est.

Scientia discretiua temporis inquantū illius temporis cognitio p̄tinet ad vsum et ritum Ecclesie. vt cognitio aurei numeri siue cicli lunaris. Similiter cicli solaris Interualli et aliorum de quibus dicetur inferius

Inuentores autem artis Computistice

Quantum ad Computū phisicum fuerunt Astronomi Prisci Ptolomeus Alphorabius Alphoncius. et ceteri qui tempora cōiunctionum et oppositionum Eclipsium et aspectuū planetarum in suis tabulis docuerunt. Inuentores autem artis computistice. Quantum ad Computum vulgarem siue Ecclesiasticum fuerunt diuersi autores qui determinationem temporū inquantū pertinet ad vsum Ecclesie docuerunt. vt iste qui conscripsit Computum Chirometralem manualem Ecclesiasticū orbicularē Norūbergen̄. Joannes autem de Sacro Busto in suo Computo magno quem phisicū

nominat vtrūq₃ modum includit artis Computistice sicut magister Joānes de monte Regio vtrūq₃ modū cōputandi in suo Calendario ostendit

Consequēter dicendum ē de generalibus. Et cōmunibus que circa initia librorum recitari solent q̄ in his metris continentur

Si bene vis scire librum prius ista require Vtilitas titulus intentio pars q₃ Zophie. Quatuor et causas rē totā pficiētes. ¶ Notandum q̄ materia circa quā versat̄ intentio huius Computi siue subiectū est distinctio tēporum causata ex motu solis et lune inquantū spectat ad vsum Ecclesie ī primo enī libro docetur de ciclo solari et lunari. de interuallo. de festis mobilibus. Et alijs que omnia originaliter ex motu solis et lune et alijs que oīa cōsequunt̄ motū solis et lune. vt patebit manifeste īferi⁹ in libro scd̄o. ¶ Vtilitas hui⁹ Computi est ista vt postq̄₃ sciramus ea q̄ in hoc Computo docentur itelligimus quis est ciclus Solaris Lunaris quolibet anno Interuallū. Littera dn̄icalis. Concurrentes. Festa mobilia. et vtrū sumus in Idibus. nonis aut Calendis que omnia oportet scire in Ecclesia dei sacerdotes itelligim⁹ etiā coniunctiones solis et lune et oppositiones et alia que plus spectāt ad sciētiam Astronomie q̄₃ ad vsum Ecclesie. ¶ Titulus Computi huius est Cōputus Chirometralis quē quidā magister Errfordiensis cuius aīa requescat in pace. In sacerdotum et Ecclesie vsum recollegit vnde et alij vocant eum Errfordiensem. Alij dicunt q̄ magister Joannes de sacro Busto eū cōposuisset Anno. 1300. Christi Jhesu saluatoris currēte tn̄ hoc videt̄ esse verū Dicit̄ autē Chirometralis a Chijros grece qd̄ est manus latine et metros grece qd̄ est mensura latine quia iste Computus q̄r multa q̄ docent̄ in hoc cōputo nūerando per manū et iuncturas digitorum inueniunt̄ vt patebit. ¶ Intentio autoris est docere ea in hoc cōputo que ad vsum Ecclesie ptinēt que ex motu solis et lune originē habent. Et hoc quantū ad primū librum In scd̄o autē libro autoris intentio est docere motū solis et lune. Coniunctiones solis et lune et oppositiones. et alia que ad hoc requiruntur vt lr̄as dn̄icalē anni. et sillabam anni que facillime in libro scd̄o declarabuntur. dicet̄ etiā de circulis celestibus et signis et alijs ¶ Subordinatur sciētia hui⁹ computi Chirometralis studio Astronomie. Ista enī de quibus dicetur i vtroq₃ libro partiali sunt circa solē et lunā. Et circa ista q̄ dependēt ex motu solis et lune cōstat autem q̄ Astronomia considerat de sole et luna. et motibus solis et lune de circulis celestibus et signis. De quibus fit mentio in scd̄o libro huius computi

Capitulum Prohemiale

Quid Autor in hoc Computo Chirometrali determinabit. Et q̄ sit causa mouens eum ad hunc Computum componendum.

[C]ognitio veritatis de causis temporum Circa motum Solis et Lune et orbium aliorum planetarū Cum sit tenebrosa et librorum dictis nimis inuoluta prolixitas propter cartulas que multorum sensibus nequeunt cōprehendi. Quare tractatulum facilem et vtilem de predictis vt eum intuentes viam queant inuenire veritatis verbis quoq; nudis componere deo adiuuante me oportet.

Iste est Liber totalis Computi Chirometralis De cuius subiecto dictum est in precedentibus qui principali sua diuisiōe diuiditur in duos libros partiales. In quorum primo determinat de illis que sequuntur motum solis et lune. inquantū ista pertinent ad vsum ecclīe vt est ciclus solaris. ciclus lunaris.. interuallum. littera dominicalis. cōcurrentes. calende. none idus. et alia de quibus determinatur in primo libro. In scd̄o libro determinat de motu solis et lune. de coniunctionibus solis ꝛ lune. de circulis celestibus. et signis. et pluribus alijs. vt patebit in Scd̄o libro. Primus liber diuiditur in duas partes. ī partem probemialem ꝛ executiuam. In parte probemiali ostendit quid mouebat autorem vt presentē Computum componeret. In parte executiua diffinit Solem et Lunam vt ea que dicentur inferius melius intelligantur. vt ciclus solaris qui causatur ex motu solis. et ciclus lunaris qui causatur a motu lune. Quātum ad partē probemialem debet vt patet i textu. Relinquam ergo tempora aliorꝫ planetarum minus lucidorum. Et cōponam de sole et luna de q̄bus magis solet esse desiderium. et de eorum temporum distinctione.

Autor ostendit consequenter de quibus temporibus. in proposito determinare vult. et dicit q̄ determinare vult de distinctione temporum q̄ distinctio euenit ex motu solis et lune et non de distinctione temporꝫ aliorum planetarū. vt planetarū aliorꝫ quinq; scꝫ Saturni Jouis Martis Mercurij et Veneris. qui sunt minus lucidi in eorum climate q̄ꝫ Sol et Luna

Notandum Q̄ quilibet planetarum habet tempus in quo complet motum et cursum suum vt Saturnus In triginta annis Iupiter in duodeci annis Mars in duobus annis Sol in vno anno. similiter Venus et Mercurius et Luna in 28. diebus. tamen quia a sole et luna maxime distinguūtur tempora Sol enī penes introitum suum in quatuor signa cardinalia distinguit quatuor partes āni. vt dicetur in scd̄o libro. luna etiam motu suo distinguit coniunctiones et oppositiōes

mensiū ideo magis autor dicit se determinaturum de distinctione tempo-rum solis et luneq3 aliorum planetarum. ❡ Manifesta quidem erūt ī hoc tractatu. qui dicitur cōputus Chirometralis minor. Ea que ad maiorē conuenientiam ſm distinctionem solis et lune causata. In maiori quidem nota sunt. quid sit motus eorum et alia plura circa motum solis et lune ne-cessaria minor locetur ante maiorem eius nāq3 cognitio studentibus faci-lius viam prebebit. ❡ Autor ostendit modum procedendi in hoc Com-puto. Et diuidit librum istum in duas partes. primā partē vocat Cōputū Chirometralem minorē. scdām vocat Chirometralē maiorē vt p3 in textu.

Notandum Q2 prima pars vel liber huius Cōputi vocatur computus minor quia est minoris difficultatis q3 scdus liber fa-cillime enī cognoscuntur ea que docentur in primo libro. scda pars huius Computi. vocatur Chirometralis. computus maior quia scds liber est de difficillioribus q3 primus. In scdo enī ostenditur tempus coniunctionis solis et lune. Et eorū oppositio docetur. similiter in scdo motus solis ⁊ lune et de circulis celestibus. similiter de littera anni. et sillaba anni que omnia in pte. et aliquō difficilia sunt. et maioris speculatōis q3 illa q̄ docenī ī. 1. libro

Capitulum Secundum de diffinitione Solis et eius proprietatibus.

❡ Est autē Sol oculus mundi splendor firmamenti. horarū diuisor tem-porum distributor in motibus planetarum particeps. et eorū rector origo vite terre fecundator fons caloris totius nature moderatio atq3 diei dñs.

❡ Postq3 autor ostendit diuisiones huius libri totalis et ostendit quid di-cetur. Et in prima parte huius Computi et in scda. Jam consequenter diffi-nit solem ex cuius motu ciclus solaris habet originē et principiū. Et ponit proprietates solis in ista diffinitione vt patet in textu. ❡ Notandū Q2 autor in textu ponit vndecim proprietates solis. ❡ pria proprietas solis Q2 sol est oculus mundi et hoc scdm quandā transsumptionē. sicut enim oculus est decor et ornatus totius faciei. et corporis humani marie sic sol est decor et ornamentū totius vniuersi. qd Moijses in Genesi. c. 1. fecit deus duo luminaria magna luminare mai⁹ qd ē appropatū diei. ⁊ lumināre min⁹ qd ē appropatū nocti. ❡ Scda ꝓprietas solis. Q2 sol ē splēdor firmamēti iuxta enī Arestotilē. 2. celi. oīa astra recipiūt lumē a sole et illustrat suo radio supiora et iferiora recte ergo sol dr splēdor firmamēti. ❡ Tertia ꝓprietas solis. q2 sol ē horarū diuisor ſm enī q2 sol lōge manet ī Emispio supiori tunc hore lōgiores sunt. vt ī estate circa festa scti Viti sol nob Cracouien manen-tib⁹ facit nob. 16. horas ī die ⁊ ī nocte 8 horas. sic ī hyeme circa festa. s. lucie ī die fac. 8. ho. et ī noc. 16. ho. sic circa eqnoctia. ī die facit. 12. ho. ⁊ silr ī nocte

¶ Quarta proprietas Solis. Q sol est temporum distributor quia scdm introitum solis in quatuor signa cardinalia ꝛ principalia celi. variantur etiam et fiunt quatuor tempora anni. Cum eñ sol intrat principium Arietis est principium veris. cum Cancrum est principium estatis. cū Libram est principium Autumni. cum Capricornū est principium hyemis. vt scribit Ptolomeus primo qua. Capitulo. de quatuor temporibus anni. ¶ Quinta proprietas Solis. Q sol est in motibus planetarum particeps/ quia oēs planete scdm Ptolomeum in Almagesti dictione tercia et quarta mensurati sunt. Et inuenti scdm proportionem ad motū solis. Et sic motus Solis est cōmunis mensura motuum omniū planetarum: constat autem q omnia mensurata preparant mensurā communem. Vnde etiam decimo Methaphisice dicitur q in omni genere rerum datur vnum primum qd est mensura oim posteriorum. ¶ Sexta proprietas solis. Q Sol est rector omnium planetarum. vnde et dicitur scdo de Anima Sol est pater deorum id est planetarum. et dominū terrenorum Sol eñ scdm intentionem Hali Haberagel libro suo completo. c. de sole virtus omnium planetarum mortificatur fortificatur et debilitatur scdm accessum eorum et recessum a Sole. Cum enim planete propinqui sunt ad solem. dicuntur combusti et debiles. Cum mane oriuntur ante solem dicuntur Matutinales et fortes. Cum autem oriuntur post solem dicūtur vespertinales et debiles. ¶ Septima proprietas solis Q sol est origo vite. In quarto eñ mense a tempore conceptionis hominis anima rationalis datur a deo modo anima humana est qua viuimus scdo de anima et in centum verbis. verbo primo dixit. Hermes sol et luna post deum omnium viuentium sunt vita. ¶ Octaua proprietas solis q sol est terre fecundator qd pulchre dixit Leopoldus in sua summa c de sole cū dixit semen si in terrā proiectum fuerit et solem non habuerit mortuum manet ꝛ non exurget. et scdo de generatione dicitur q motus solis in obliquo circlo est causa generationis et corruptionis rerum in hoc mundo. ¶ Nona proprietas Solis. Q sol est fons caloris de quanto eñ aliqua regio mundi vicinior est ad viam solis de tanto est calidior et de quanto remotior de tanto frigidior. Et sic recte Sol dicitur fons caloris. ¶ Decima proprietas solis Q virtus solis totius nature moderatio quia tota rerum natura et virtute dependet solis. et ideo natura solem locauit in medio planetarum tanq rex et dominus. et moderator omnium. ¶ Vndecima et Vltima proprietas solis. Q Sol est dominus diei. Aliqui eñ planete fm Astrologorum sententiam sunt diurni de quorum numero sol ē principalis. Et alij sunt nocturni vt luna cum alijs vt dicetur inferius

Capi. Tercium. de diffinitōe Lune. ꝛ eius proprietatibus

¶ Luna est oculus mundi / splendor noctis / pedissequa solis / fex superiorum / infimus planetarum / aurarum alteratrix / mensium permutatrix / fons humiditatis / atque noctis domina. ¶ Postquam autor diffinit Solem. Iam consequenter diffinit Lunam ex cuius motu originem habet ciclus solaris. Et ponit Autor in diffinitione lune nouem proprietates lune. ¶ Prima proprietas lune Luna est oculus hoc est ornamentum totius vniuersi recte sicut sol est ornamentum diei..et est oculus diei sicut luna secundum transsumptionem quandam est oculus noctis.et ornamentum eius. ¶ Secunda proprietas lune Luna est splendor noctis et sol splendor diei.sic enim deus gloriosus instituit vt sol in die luceat rebus in hoc mundo et luna in nocte.vnde et dicunt Astrologi quod Luna existens in nocte supra terram est forcior.sed cum in die est supra terram est debilior. ¶ Tercia proprietas lune.Luna est pedissequa solis quia luna recipit lumen a sole.sicut ergo ancilla est pedissequa domine sue.sic et Luna est pedissequa solis.et secundum diuersam habitudinem et aspectum lune ad solis propinquitatem et remotionem variatur luna in lumine suo. ¶ Quarta proprietas lune quod Luna est fex superiorum:mihi hoc est densior omnium planetarum.vnde et propter hoc macula apparet in luna.quia luna non est in omnibus partibus vniformiter clara.vnde et illa macula lune videtur.hinc caput sursum et pedes deorsum. ¶ Quinta proprietas lune quod Luna est infimus planetarum et hinc mundo vicinior inferiori.sic enim instituit deus gloriosus in cuius manu et potestate sunt omnia.et sicut voluit ita disposuit in celo et in terra. ¶ Sexta proprietas lune.Quod luna est aure permutatrix. vnde secundum diuersum introitum lune in .12.signa Zodiaci auram et aerem variat et mutat nunc ad ventum nunc ad pluuias et tepestates.vnde et Guido dicit Bonati.c. de significationibus pluuie et humiditatis.luna cum in signo aquatico.vt cancro Scorpione et piscibus auram permutat et ad humiditatem et pluuias inclinat ¶ Septima proprietas lune.Quod Luna mensium est permutatrix.luna enim per mensem complet motum suum per.12.signa Zodiaci et sic quando nouum mensem incboat quod est cum fuerit in coniunctione solis nouilunium dicimus incipere ¶ Octaua proprietas lune Quod Luna est fons humiditatis est enim luna planeta pluuiosus qui habet mouere pluuias et humiditates.ostendit enim Ptolomeus et ceteri Astrologi quod significatio lune est super aquas.iuxta enim lune ascensum et descensum aqua maris fluit et refluit ¶ Nona et vltima proprietas lune est Quod Luna est domina noctis quemadmodum Sol est dominus diei.et planeta diurnus.sic luna est planeta nocturnus.et eius maior potestas est in nocte.

Capi. iiij. Quod sol sicut et luna habet suum Ciclum et quid sit ciclus et quid nomine cicli sit intelligendum.

Predictorum autem mundi Luminarium quodlibet habet suum ciclum. Ciclus autem communiter sumptus est mensura temporis in quo aliquid incipit siue oriri donec ad idem redibit inceptum siue ad locum eundem. Et sic dies potest dici Ciclus eo quod sol incipit oriri in oriente. et redit ad eundem locum. similiter et annus potest dici ciclus. et multa alia. vnde et ciclus dicitur quasi circulus quia protrahitur ab vno puncto recedendo ad eundem punctum

Postquam autor determinauit de Sole et Luna. Iam presenter intendit determinare de Ciclo solari et etiam lunari. prius tamen premittit quid sit Ciclus in genere et communi. vt patet in textu ostendit etiam que res possunt dici ciclus. vt annus dies et similia.

Notandum quod differentia est inter ista quatuor Circulus Circinus Ciclus et Semicirculus. Circulus secundum Euclidem in libro Elenchorum diffinitur sic. Circulus est figura plana vna superficie contenta. In cuius medio est punctus a quo omnes linee ad circumferentiam ducte sunt equales. Circinus autem est instrumentum quo circulus figuratur et describitur. Ciclus autem est spacium temporis multos annos continens rediens iterum in illum annum vnde incepit: vt ciclus solaris incipit ab vno anno et extenditur ad vigintiocto annos et post complementum. 28. annorum iterum redit in primum annum. Semicirculus autem est medius circulus. et dicitur a semis quod est medium. et circulus quasi medius circulus in proposito tamen ciclus capitur generaliter pro circulo vel reuolutione circulari.

Ca. v. de ciclo solari quolibet anno inueniendo et quid sit ciclus s[olaris].

Ciclus autem solaris hic sumptus est spacium vigintiocto annorum. In quo concurrunt omnes littere dominicales que nunquam possunt redire in eodem ordine nisi post vigintiocto annos. Unde littere dominicales cantant ciclum solarem quem inuenire poteris per hos versus sequentes.

Penthavigint trede iota desep quina monovigint quia nouem
Dena vigint duo duod vigidu quatu quart vigiqua sex

Istud est Capitulum. v. in quo autor diffinit ciclum solarem. Et ponit etiam carmina vel metra per que inuenitur quolibet anno ciclus solaris et postea in textu sequenti ponit Canonem quo ciclus solaris quolibet anno debet inueniri.

Notandum est quod primus versus deseruit centenarijs. ita quod eius prima dictio deseruit primo centenario. 2. secundo. 3. tercio. 4. quarto centenario. Ad corrigendam

itaqꝫ primã dictionẽ primi versus scꝫ Pẽthavigint. diuide p. 28. 100. p͞us tñ addẽdo. 9. et in quotiẽte erũt tria. in residuo manet. 25. et sic prima dictio Penthavigint ẽ correcta. et valet tm̃ ꝑ enthavigint sicut. 25. Pentha enim grece latine valet qnqꝫ. Si vis corrigere scd̃am sillabã scꝫ trede. accipe. 200. et adde nouẽ. et diuide p. 28. et in quociẽte erũt. 7. et in residuo. 13. manebũt et sic ẽ correcta. 2. dcõ. Sic silr̃ si vis corrigere terciã dictionẽ scꝫ iota. accipe 300 et adde. 9. tũc totũ aggregatũ diuide p. 28. et i quotiẽte habebis. 11. et post diuisionẽ manebit qd̃ designat hec dictio iota. Silr̃ etiã ꝓ alijs dcõib⁹ corrigẽdis opabie. vt ꝓ q̃rta desep. accipe 400. addẽdo. 9. et totũ diuide p. 28. quotiẽs. 1. et ꝓ. 204. et residuũ erit. 17. quarta dictio sic age ĩ oĩb⁹ dictionibus corrigẽdis. Si autẽ vis corrigẽ dcões scd̃i v̊sus scꝫ dena viginti ꝓsuppone primã esse correctã scꝫ denã q̃ valet tm̃ sicut. 10. post adde eãdem sup se. seipsam scꝫ dictionẽ. decẽ ad decẽ. et veniet. 2. dictio scd̃i v̊sus correcta scꝫ viginti. Si vis hr̃e terciã dictionẽ scd̃i v̊sus scꝫ duo. tũc adde. 10 ad porẽ scꝫ vigint. Et q꞉ excrescit ꝓductũ vltra. 20. q꞉. 30. erũt. subtrahe ḡ. 28 a. 30. et manebũt. 2. tercia dictio scd̃i versus. Et sic ĩ alijs dcõibus scd̃i v̊sus agere debẽs et ꝓbabis oẽs dictiões scd̃i v̊sus. Ratio ãt q̃re in correctura primi v̊sus addit̃ nouẽ ad centenarios. quia cum Christus natus fuit, erant noue anni elapsi de ciclo solari versus aditias nouẽ si vis cognoscere verum.

Canon de ciclo solari quolibet anno inueniendo

Cũ ãt ciclũ solarẽ scire volueris cẽtenarios annoꝝ dñi transactos numera p mẽbra digitoꝝ. icipiẽdo ĩ p̃mo mẽbro. et sua articulũ siue mẽbrũ vltimi cẽtenarij post hec nũera p digitos p̃mũ versum scꝫ Pẽthavigint locãdo. ĩ quolibet mẽbro vnã integrã dictionẽ quousqꝫ ꝑueneris ad articulũ signatũ et hec dictio q̃ ibi ceciderit oñdet tibi annũ cicli solaris ad illũ cẽtenariũ. Attñ si v̊sus deficiet ĩ cẽtenarijs resumẽdus ẽ a p̃ncipio donec tetigerit cẽtenariũ vltimũ postea vt p͞us nũera p digitos artic̾los ãnoꝝ ad q̃s vltra cẽtenarios vis expiri de ciclo solari scꝫ locãdo ĩ p̃mo mẽbro indicis decẽ. ĩ scd̃o vigint. ĩ tercio triginta. ⁊ sic ꝓ̃iter tũc sua mẽbrũ artic̾loꝝ ĩ ãnis sup̾fluis. ⁊ tũc nũera ad idẽ mẽbrũ scd̃m v̊sum scꝫ dena vigint. et dictio sup̾ueniẽs. ad articulũ signatũ oñdit ciclũ tibi ad illos ãnos articuloꝝ. tũc iũge ãnis cẽtenarioꝝ ad ãnos articuloꝝ. et si aliq̃d vltra sup̾fuerit vltra cẽtenarios et artic̾los. adiũge et a toto collecto subtrahe. 28. q̃otiẽs poteris et illõ quod remanet erit tibi ciclus solaris ad annũ tuũ ꝓpositũ ¶ Autor ĩ ista lr̃a põit Canonẽ ⁊ modũ inueniẽdi et calculãdi Ciclũ solarẽ quẽlibet ꝓ eius canonis exẽplo. vt iunioribus Canon iste resolutior esſꝫ et modus ĩueniẽdi ciclũ solarẽ leuior capiat̃ exemplum ad annũ domini. 1507. currentem. sic de omnibus prarbus in hoc Computo agẽdis. Cum itaqꝫ ad annũ. 1507. currentẽ ciclum solarem inuenire volum⁹ p̃mo sciat̃ annus dñi currẽs et est. 1507. Scd̃o oportet cõ

siderare quot sunt centenarij in illis annis. et patet quot sunt quindecim/qd patet quia in mille annis sunt centenarij decem ⁊ iterum sunt quinq3. Et sic in summa sunt qndecim cētenarij. Tercio numerum centenariorum numerabo per iuncturas digitorum intus et extra numerando incipiēdo a primo articulo indicis. Et finaliter numerus istorum centenariorū terminabitur in prima iunctura scḋ'ij digiti quam iūcturā signabo creta aut aliq̄ re alia. Quarto nūerabo versum deseruientem cētenarijs sc3 ꝑenthavigint ad quālibet iuncturā ponendo vnam dictionē deseruientem centenarijs. hanc tñ dictionem quoq3 nō oportet ponere ad aliquam iuncturam quia ipsa nichil in proposito signat sed ponitur causa metri. Et si versus defecerit repetēdus est. et scḋo numerandus est. Et si tercio defecerit iterum repetendus est vt in anno currente accidit. et cum tercio versum repeto veniet ista dictio ꝑenthavigintb. ad primam iuncturam scḋ'ij digiti que designat. 25. quinq3 q̄ scribam extra in tabula. Quinto pro articulis in annis Christi currentibus nihil oportet querere quia nullus articulus est in eis. Si tamen aliqui articuli essent in annis Christi currentibus oportet eos numerare per mēbra digitorum et agere sicut dictum est de centenarijs. dicēdo. 10. 20. 30. 40. ⁊c̄ Et post membrū signatū quantum designat. Sexto considerandū est si aliquid residuum fuerit vltra numerum centenariorum et articulorum. vt in ꝓposito. septē anni adde illos. 7. annos ad vigintiq̄nq3. ⁊ tota summa erit. 32 Et quod tibi prouenerit infra. 28. hoc ciclus solaris esset. Septimo q2 numerus productus. ex additione excedit. 28. subtrahenda sunt. 28. quoniam tot sunt anni ciclus solaris. Et subtractione facta manebunt quatuor qd residuum manens post subtractionem signat q2 Anno domini. 1507. currēte pro ciclo solari habebimus quatuor. Et similis praxis in alijs fiat

¶ Si vero inepta tibi fuerit Subtractio tunc vide quot articuli fuerunt in toto collecto immediate ante subtractionem illos quere per scḋm versum vt prius. addendo residua annorum articulorum collectorum. Si qd fuerit residuū ad illū annū de quo scire velis etiā adde et patebit tibi cicl⁹ solaris.

¶ Autor ostendit alium modum quomodo ciclus solaris inueniri debet pro his qui nesciunt artem Algoristicam vt subtractionem quando scilicet a numero correspondente centenarijs et a numero correspondente articlis Et cum residuo addito si hec summa trium numerorū addita excederet. 28. vt anno 1507. currente est. 32. Et nesciret aliquis subtrahere. 28. a. 32.

Canon quomodo inuenitur Ciclus Solaris. Si quis nesciret Subtractionem

Primo oportet scire quid correspondeat cētenarijs p p̄mū v̄sum. ⁊ p3 q2. 25. iuxta

anno domini 1504 ... [illegible]

Canonē precedentē. Scdo oportet scire quid correspōdet pro articulis. Et isto anno nihil correspondet. Tercio oportet scire quot sunt anni residui. et sunt. 7. Quarto omnia ista addi dñt simul vt. 25. cum septem et erit summa 32. Quinto debeo cōsiderare quot sunt articuli in ista summa. 32 Et patet q tres. Sexto numerabo illos articulos per tria membra digitorum. et veniet numerus ad terciam iuncturam indicis. et signare oportet membrum Septimo debeo numerare scdm versum qui deseruit articulis et videre qd correspōdebit de vsu scdo illis articulis. Et patet q. 2. Octauo qr ī summa residuū fuerit. adhuc addo illa duo ad priora. 2. Et sunt. 4. patz igitur q āno 1507. ciclus solaris est duo qd etiam iunctum est per Canonem precedentē

Aliud exemplum anno domini. 1482. currente totum collectum fuit. 35. cōsidera quot sunt articuli. et sunt tres quos cum numero per digitos. Et versum scdm deseruientē articulis venient. 2. Et qr ī summa adhuc sunt. 5 addo. 2. ad. 5. et erunt. 7. qui numerus. 7. designat ciclum solarem. Anno domini. 1482. currentem

Capitulum Sextum de littera dñicali. Et quomō annus est duplex. Cōmunis et Bisextilis

¶ Inuento autem Ciclo solari littere dñicales sunt inueniende que per totū ciclum solarem cōcurrunt quarum sunt septem in numero scz. a b c d e f g. Vnde totus annus currit per has septem litteras ita q ī quolibet die erit vna littera et post vltimam redit prima et ex his litteris septem. Erit vna sp littera dominicalis que omni anno variatur. Et alie littere sunt feriales fm ordinem alphabeti. ¶ Postq autor diffinit ciclum solarem. et dedit Canonem quomodo inueniendus est quolibet anno. Iam consequēter determinat de littera domīcali quid sit. et quot littere possunt esse dominicales

¶ Notandū q littera dominicalis diffinitur sic. Est littera per quā cognoscitur quis dies sit dominicus. et quis dies feria. littera eñi que est dñicalis dominicam diem representat. Et alie sex scdm ordinem alios dies septiane ostendūt. vt ista littera a si aliquo anno esset littera dñicalis b signabit feriā scdam. c feriam terciam d feriam quartā. e feriam quintam. f feriam sextam. g sabbatum indicabit. dicūtur autē littere dominicales nō omnes iste littere vno anno essent littere dominicales sed ideo quia scdm successionē annorum quelibet illarum potest fieri littera dominicalis vt decebitur inferius circa Canonem quomodo littera dominicalis quolibet anno sit inuenienda

¶ In quibusdam quoqz annis littera dominicalis bis variatur et scdm hoc annus est duplex scilicet Cōmunis et Bisextilis. Cōmunis annus est ille qui continet et habet. 365. dies et sex horas ꝛ illorum annorū sunt tres

Ex hiis habetur H diuisio anni cū de iud annorū quidam ē comūs et quidam Bissextilis

In qbus semel lra dñicalis variat scz primus post bisextilē. scdus post bisextilē et tertius post bisextilem. bisextilis vero annus ē qui habet. 366. dies et in isto anno litera dñicalis bis variat et hec cognosces p vsus seqntes

Gruff e dit ci bas gri fo nes dic bo na

gri fe di ci bus aug for e dus cib au gor

fi ed oc ob au.

¶ Autor in ista parte ppter maiorē declarationē dicendorum ostendit tria Primo ostendit q annus ē duplex quantū sufficit. ad ppositū scz annus cōmunis et annus bisextilis. Scdo ostendit q lra dñicalis in āno bisextili bis variat. Tercio ponit versus per quos lra dñicalis habet inueniri. ¶ Notandum pro tertius autoris intellectu q annus ē duplex scz ānus cōmunis q cōstat ex. 365. diebus. et sex horis q̄ sex hore collecte p quatuor annos faciunt vnā diē naturalē que cōstat ex. 24. horis. alter autē ē annus bisextilis qui cōtinet. 366. dies. Ratione horarū collectarū p tres annos cōmunes et quartū bisextilem. Et illa dies supflua vltra annū cōmunē imponit in februario ppter hoc qz pauciores habet dies q̄z alter Mensis geminando. et bis numerādo illā sillabā trū trū aut math math. vt dicet inferius

Notanudm etiam ad Sciendum in quo anno sumus post bisextilem aut in anno bisextili talis assignat doctrina. primo sciendus est annus Christi currēs. quē vis scire si est bisextilis vel primus vel scds vel tertius post bisextilē. scdo eundē annū quem examinare vis si est bisextilis vel quotus post bisextilem diuide per quatuor et nūerus remanēs post diuisionem ostendet tibi quotus est annus post bisextilem. Si autem nihil remanet annus iste de quo queris est bisextilis. Exempli gratia. Anno domini 1507. currente volo scire si est annus bisextilis vel quotus post bisextilem diuide predictos annos scz. 1507. per. 4. Et primus qtiens diuisionis erit. 3 Scdus numerus quotiens in diuisione tali erit. 7. Tertius numerus quotiens in diuisione erit sex. et in fine manebunt tria. Annus ergo currēs. 1507 est tertius post bisextilem. v

Si per bis binos dñi diuiseris annos
Quod fuerit supra bisexti sit tibi summa
Ano nil inuento nec plus nec minus esse memēto.

Canon et Praxis quomodo quolibet anno Littera dominicalis sit inuenienda

¶ Cum ante Litteram dñicalē alicuius anni scire volueris et alia requisita ad predicta scȝ concurrentes anni primā feriā cuiuslibet Mensis festa mobilia et alia multa tunc numera predictos annos cicli solaris per digitos q̄ vsqȝ volueris et tunc serua articulum illius anni cuius lrām queris tūc numera istum versum Griff. edit pro quolibet membro cōputando vnam sillabam et que terminatur in mēbro signato hec ostendet litteram dñicalem illius anni capiendo litteram dominicalē de ordine litteraꝶ in alphabeto

¶ Autor iam docet inuenire Litteram dñicalem quolibet anno pro cuiꝰ inuentione supponendū est ꝙ in istis membris predictis deseruientibus lrīs dñicalibus quolibet anno ponunꝭ. 28. sillabe extense per vnum ciclū solarē qui continet vt dictum est superius sic ꝙ primo anno cicli solaris deseruit prima sillaba scȝ Griff scđa sillaba. scđo anno vt ed. Et sic consequēter quādo itaqȝ aliquo anno in inquirēdo litterā dñicalē ī aliqua sillaba euenerint due littere de illis septem tunc sunt due littere dominicales et annus ē bisextilis vt illa sillaba Griff est g et f. Silr in illa sillaba bas est b et a sic silr est in alijs

Exemplum de inuentione littere dominicalis ad Annum domini. 1507. currentem primo oportet me scire ciclum solarem eiusdem anni currentis et ex prari precedenti est quatuor. Scđo numerū cicli solaris scȝ. 4. nūerabo per membra et iūcturas digitorū incipiendo ab indice et numerabo. i. 2. 3. 4 et signabo articulū. Tercio numerabo versum primū Griff. edit vsqȝ ad iuncturam signatam indicis et veniet illa sillaba ci cuius litteram cōsidera scȝ c dico ergo ꝙ littera dñicalis anni. 1507. currētis erit illa c que significabit dominicam diem d significabit feriam scđam. e. feriam tertiam et sic cōsequēter

¶ Si autem fuerint due littere reperte in vna sillaba de ordine litterarū dominicalium vt in hac sillaba Griff scȝ f et g tūc annus est bisextilis et prima durabit per Januarium vsqȝ ad festum Mathie et scđa debet imponi post festū p̄dictū et nō añ et hec scđa durabit per totū ānū vt pȝ p vsus seqntes.

Post mathie dum iungito mox feriam
Littera fit prideni variatur domini ibidem
Littera mutatur sed festum non variatur ×

¶ Autor postq̄ȝ docuit ꝙ in anno cōmuni est vna littera dñicalis nūc consequenter docet quomō in aliquo anno sunt due littere dominicales aliqñ Pro intellectu textus ampliori. ¶ Notandum ꝙ autor ī textu dicit p̄mū Qꝫ in anno bisextili sunt et inueniunꝭ due littere dominicales prima durat a principio anni vsqȝ ad diē sancti Mathie Scđm ꝙ autor ostendit ī textu est ꝙ scđa littera dominicalis in anno bisextili statim post festum Mathie

× lrā mutatur simul et festum variatur

sic q debet geminari et bis nūerari illa sillaba math dicēdo math math

¶ Notandum etiā q omniū Computistarum est sentētia diē superfluam in anno bisextili imponendam esse in diebus Februarij quia ipse Februari⁹ paucos habet dies q̄ȝ aliquis alter mensis quia solū. 28 In qua aūt sillaba Februarij debet imponi. est diuersitas. Aliqui eī imponūt seq̄ti die post festum Mathie apl'i et geminant illam sillabā dicendo et numerādo math math sic q festum sancti Mathie celebrať prima die et seq̄ti die imponiť Littera dn̄icalis noua que durabit p totum annū. Alij autem Computiste et hoc ē cōmune q dies superflua imponiť in anno bisextili sexto Calendas Marcij geminātes illam sillabā trum trum. sic q in vltima sillaba gemiata scȝ trū trū añ festū Mathie iponiť. illa dies superflua versus Bisextum sexte martis tenuere calēde. Posteriori die festa colanť sancti Mathie ¶ Notādum etiam. Q illi qui imponūt diē supfluam in illa sillaba math scd̄a scilicȝ quarto die post festum Cathedre sancti Petri diem sancti Petri includēdo vt sic dicať Petrum math math et illi dn̄t versum ita habere Littera mutať sed festum nō variať. et hoc autor in textu tenet. Illi autē qui imponūt diem superfluū in ista sillaba trū trū. in scd̄a geminata debent ita habere versum terciū predictū littera mutať simul et festum intelligēdo Mathie apl'i variať

Capitulum Septimum de Concurrentibus anni inueniendis et quid sit Concurrens anni

¶ Littera dn̄icali inuēta poteris p eam cōcurrentes anni inuenire. Est aūt concurrēs anni numerus vltimaꝝ feriaꝝ et dieꝝ a proxima dn̄ica post festū Natiuitatis Christi vsqȝ ad festū Circūcisionis dn̄i. includendo quos concurrentes poteris inuenire per hos versus sequentes

A nil b sex dat c quinqȝ d quatuor dat e
Trib⁹ f q̊ȝ binos g monos cōcurrit in anno

In istis versibus quere Litteram dn̄icalem et patebit tibi concurrens anni Si aūt fuerint due littere dn̄icales fuerint repte in āno aliq̄ bisexti'i tūc p̄ma littera dabit tibi cōcurrentes anni. et nō scd̄a. Verbi gratia. volo scire Anno dn̄i. 1507. ꝯcurrētes anni debeo primo habere litterā c in versib⁹ et videre quid significat c et dixit textus c quinqȝ patet ergo q quinqȝ sunt cōcurrētes anni nostri currentis

Capitulum Octauum de duodecim mēsibus anni.

Sequitur de Mensibus annorum quoꝝ sunt. 12. de quibus in maiori cōputo tractabitur. hic autem ipsorum nomina et numerus dierū. Et prima feria cuiuslibet Mensis inuenitur.

Ja fe mar ap ma iu iul aug sep oc no decēber. Ja mar ma iul aug oc deca tribus et vno aliĳ triginta sed februuus octoviginti.

Adam degebat erga ciphos qdrifex

Unde sciendum q primus versus predictorum ostendit nomina mēsium Scds autē et tertius numerum dierum quot quilibet mensis habet dies. vt patet intuēti. vñ sciendum q predictus versus Adam docet iuenire feriā cuiuslibet mensis sic numera versum de ordine mensiū scȝ. Ja fe mar. et serua mensem cuius primā feriam vis inuenire et tūc numera predictum versum scȝ Adamad eundē articulū pro quolibet mēbro accipiendo vnam sillabā et tunc prima littera sillabe articuli notati oñdit primā feriam istius mēsis in respectu ad litterā dominicalē notatam que littera prius dicta debȝ locari in primomembro indicis.

Cip bri marg a phe phi nu Jul la pes ege reg omp des

Postq̄ȝ autor determinauit de ciclo Solari. et de his que necessaria sunt ad suū ppositum. et etiam de his que sequunt̄ ad ciclum solarē. Jam ɔsequēter incipit determinare de mensibus anni. et circa hanc determinationē oñdit in textu tria. primo docet quot sunt menses in āno et quot dies vsuales hȝ quilibet mensis. in scd̄a pte docet īuenire primā feriā et diē primā cuiuslibet mensis scȝ qua die incipit in aliquo anno aliqs mensis. in tercia parte docet inuenire diem cuiuslibet mensis. vt si vellemus scire quota die ipsi⁹ mensis esset festum sancti Martini. pro intelligentia istorum ¶ Notandū ē primo Q mensis dicitur a metior metiris qd̄ signat mēsurare. quia per. 12. mēses mensuramus totum annū. triplex autē est mensis quantū sufficit ad ppositum scȝ Solaris Lunaris et Usualis Mēsis. Solaris est spacium tēpis in quo sol pertransit vnū signū et mouetur in vno signo. et continet. 30. dies. 10. horas et. 24. minuta. Mēsis autem Lunaris est spacium tēporis durans ab vna coniunctione solis et lune ad aliam. et hic continet. 29. dies 12. horas. 44. minuta. 3. scd̄a. 2. tcia. 59. q̄rta. quorū mensiū lunariū in anno solari aliquando sunt. 12. aliqñ. 13. et de his duobus mensibus dicet̄ ī libro scd̄o. Tertius mensis est Usualis est spaciū temporis calendariĳs ecclesiasticis inscriptū et ab antiquis autorisatum. et de istis hic Autor determiāt qui mensis vsualis continetur per versus contentos in ci si io ia nus. sic q semper duo versus attinerent ad vnum mensem. ¶ Notandum q Autor

B

in textu scdo docet quo pm⁹ dies alicui⁹ mēsis aliquo āno debeat iueniri. vt Anno dñi. 1507. currente. si volumus scire primā feriam Aprilis qua scȝ die incipietur Aprilis nō qñ erit cōiunctio Aprilis sed in qua die erit principiū Aprilis. an dñica vel feria scda vel sexta. et ē canō. et modus iste primo sciat mensis ad quē vis scire eius principium. In qua die est ille mensis et sit vt dictum ē. scdo oportet numerare nomina mensiū p mēbra digitorū fm illū versum Ja fe mar. tercio cum numerabis versum ia fe mar. patebit q̄ sillaba deseruiēs Aprili scȝ ap veniet ad quartū locū indicis et signa locū. quarto numera istū versum Adā degebat vsqȝ ad locū signatū et considera que lra ibi veniet et patet q̄ g. quinto considera respectū et habitudinē quam habet g ad c que littera c designat litterā dñicalem. Anno. 1507. currente respectu et habitudine g ad c. g designat feriā quintā. concluditur ergo q̄ anno. 1507. currente principiū enūerationis Aprilis erit feria quinta sic similimō inquiratur in alijs. ¶ Notandū q̄ Autor in textu docet inuenire diē vsualē cuiuslibet mensis. Exempli gratia. si volumus scire quota die mensis nouēbris sit festum sancti Martini. primo oportet in quo mense vsuali sit dies sancti Martini. Et patet q̄ in nouēbri. scdo oportet numerare istum vsum mēsiū scȝ Ja fe mar ap ma. vsqȝ ad Nouembrē. tercio nūatione facta mēsium oportet signare membrū et ē summitas medij digiti quā summitatem signa. quarto ad illā signaturā numerabo hoc metrū ap bri mar vsqȝ ad mēbrū signatū. numeratione facta patet q̄ illa sillaba omp cadit membro signato que designat Nouēbrem. quinto a principio Nouēbris. scȝ omne nouēbre numero vsqȝ ad diem sancti Martini. patet ergo q̄ festum sancti Martini est. 11. die Nouembris. Et sic in alij agendum erit

Capitulum Nonum de Ciclo lunari quid sit ciclus Lunaris et quō inueniri debet

Facta determinatione Solis respectu Lune. nunc ptractemus de Luna de qua ciclus lunaris principiū dicitur habere: est autē ciclus lunaris mēsura temporis. incipiens in aliquo die qua luna soli coniungit̄ vel supponitur donec in eodem die luna soli supponit̄ quod mō vocatur incensio. hic autē ciclus cōtinet. 19. annos quē antiqui inuenerūt qm̄ non viderunt citius solē in eodē die cōiūgi lune nisi post. 19. ānos ꝛ sic īcēsiones causant ciclū solarē

¶ postq̄ autor in precedentibus determinauit de ciclo solari et de alijs q̄ ad ciclū solarē ptinere vident̄. Jam pñter determinat de ciclo lunari ꝛ de his q̄ ad ciclū lunarē spectāt. et in isto textu principaliter duo facit. pmo diffinit ciclū lunarē. scdo ostēdit annos cicli lunaris et dicit vt patet in textu

¶ Pro intelligētia Autoris Magister Joānes de Sacro Busto ī pputo suo maiori sic diffinit ciclū lunarē. Ciclus lunaris ē spaciū tpis incipiēs in

aliquo die quo luna soli cōiungit᷑ donec in eodē die iterū luna sibi supponit᷑ et cōtinet .19. ānos experiētia stellarū obseruatores inuenerūt lunā nō cit⁹ coniungi eodē die nisi post decursum et cōplementū .19 ānoꝝ. pꝫ ergo ꝙ cō iunctiones solis et lune causant ciclū lunarē. dr̄ autē hic ciclus primo ciclus lunaris. ideo qꝛ ē spaciū tp̄is in quo oēs difformitates et varietates cōtingentes ex cōiunctione solis et lune. ad statū pristinū reducunt᷑. scd̄o ciclus lunaris dr̄ aureus nūerus. et hoc duplici de causa, pᷓma qꝛ sicut aurū ꝑcellit alia metalla et mineras alias in valore sic et ille ciclus lunaris ꝑcellit omnes alios nūeros ꝑ quos aliqd̄ ꝗrimus et practicamus. qꝛ ad multa deseruit ⁊ valet vt dicet᷑ inferius, scd̄o dr̄ aureus nūerus qꝛ Caldei q̄ fuert̄ diligētissimi in studio stellarū ⁊ Astronomie inuētores hūc nūeꝝ miserīt Romanis q̄ cō siderātes huius nūeri vtilitatē inscripserunt eū in libris suis et calendarijs aureis litteris. nos vero cū rubro colore designamus, tercio dr̄ ciclus iste de cēnoualis. ideo quia .19. annos in sua reuolutione cōtinet. dr̄ etiā iste ciclus impfectus et antiquus. alter autē ē ciclus magn⁹ et ꝑfect⁹. vt dr̄ in scd̄o libro

¶ Sed iste ciclus fallit in horis. ita ꝙ ab anno Incarnationis pᷓmo vsqꝫ huc scꝫ cū scribebat᷑. Anno dn̄i .1350. quinqꝫ dies ancesserūt incēsionē. vn̄ et ē regula vulgaris luna prima in libro est qnta in celo. fallit etiā quo ad ānos cōmunes et bisextiles in reuolutione ei⁹. vn̄ cū annus bisextilis ē in aliquo anno cicli lunaris vnā supaddit feriā. et in reuolutiōe eiusdē nō superaddit qꝛ annus bisextilis nō ē et ideo videt᷑ esse erroneus iste ciclus et ꝓpter hoc ci clus magnus ē inuētus in maiori cōputo q̄ omnia ista remouet ad quē iste antiquus videt᷑ esse necessarius quē inuenire poteris ꝑ hos versus sequentes

¶ Postqꝫ autor diffinit ciclū lunarē et quot annos cōtinet quia .19. Jam ostendit ꝙ ciclus lunaris signatus in calēdario cōmuni est erroneus qꝛ nō indicat precise cōiunctionē solis et lune in aliquo mense. Est eñ cōmune ꝓ uerbium. et vnde cōputistarū luna prima in libro vel in tabula cōiunctionū est iā qnta in celo. et habet etatē quinqꝫ dierū. et sic aureus numerus vl' cicl⁹ lunaris signatus in calēdario nō vere ostendit solis et lune coniunctionē Si ergo aliquis vult scire cōiunctionē solis ⁊ lune in aliquo anno ꝺm aureū nūeꝝ signatū i calēdario tūc sic agēdū erit. q̄rat᷑ aure⁹ nūer⁹ illi⁹ āni ⁊ nūera sursum a loco aurei nūeri iuēti qnqꝫ ex pᷓmēdo illū nūeꝝ sursūꝫ ꝑ hāc ꝺcōnē scilicet imo post lapsum .160. ānoꝝ ab ānis .1300. In q̄ autor cōposuit illū librū erat luna .6. i celo. n̄ admiret᷑ aliqs ꝙ ille error tollerat᷑ i calēdario eccl'ia stico qꝛ nō licet corrigere calēdariū sine ꝯsensu singl'ari ꝯcilij mittit᷑ ğ ꝑcatiua cicli lunaris i suo loco i calēdario licet nō recte oñdit cōiūctiones solis ⁊ lune Dn̄s magr̄ Joānes de mōte regio toti⁹ Astronomie studij ꝑfo᷑ator i curiā ro manā vocat⁹ ꝑ papā piū vt calēdarij eccl'iastici errorē ꝑfo᷑aret. cū i vrbe ro: haret peste ifect⁹ aīaꝫ suā ⁊ vitā i man⁹ dei ꝯmēdauit diē suū clausit extremū.

¶ Fila que bar go ma ri cis he nas
Sidus in octoꝛ e lra pe as x monos: vnde
Duo duod tres trede quar quatuoꝛ de

Canon inueniendi et calculandi Ciclum lunarem vel aureum numerum

¶ Cum autē ciclum lunarē ꝑdictum scire volueris tunc cētenarios annoꝝ dñi transactos numera p digitos et signa articulū vltimi cētenarij post hoc numera primū versum sc3 Fila vsq3 ad membrū signatū in quolib3 mēbro vnam sillabā ponendo de predicto versu. Nam tūc huius sillabe prima lrā ostēdit tibi ciclum lunarē siue annū cicli lunaris ad istum articulū centenarioꝛum. si vero versus in centenarijs deficiat eius initium repetatur donec ad membrum cētenarij ꝑueniatur postea vt prius numera articulos ānoꝝ domini p digitos ad quos vltra centenarios vis experiri de ciclo sc3 locādo in primo membro indicis. 10. in. 2. 20. in. 3. triginta. ⁊ cījs per oēs digitos currendo et signa membrū articuloꝛum in annis et tunc numera ad idē mēbrum scdm versum sc3 x monos et dictio superueniēs ad articulum annoꝝ ostendit ciclum ad predictos annos tunc iunge annos articuloꝝ cū ānis centenarioꝛum. et si quid fuerit desuper etiam adiunge et a toto collecto subtrahe. 19. quotiens poteris et illud qd remanet post subtractionem ostēdet tibi ciclum lunarem ad illum annum ad quem operatus fueris.

¶ Postq̄ determinauit de ciclo solari. et de his q̄ sequuntur ad cū. nunc cōsequenter determinat de ciclo lunari. Et de his que sequuntur ex ciclo lunari In primis proponit duos versus qui deseruiunt ad inuētionē cicli lunaris quoꝛum primus deseruit centenarijs. et scds articulis vt patebit in canone

¶ Notandū pro coꝛrectione primi versus sc3 fila presupposita illa dictiōe sc3 fila cuius prima littera est f que signat. 6. si addideris. 5. habebis scdam coꝛrectionem sc3 la ⁊ est. xi. Cui si addideris iterū. 5. veniet. tercia scilicet q. ⁊c̄ est autem significatio litterarum in aliqua sillaba fm locū et sitū eius i alphabeto. vt f. est sexta lrā in oꝛdine alphabeti et sic signat. 6. q. 16. littera in alphabeto et sic signat 16. Est etiā sciendum quotiens in additione ipsoꝝ quinq3 ad numerum precedentē excrescunt. 19. opoꝛtet subtrahere. 19. quia ciclus lunaris non extēdit vltra. 19. pro coꝛrectione autē scdi versus sc3 x monos supponitur prima coꝛrecta sc3. x que signat decē additur iterū decē et veniēt. 20 et illud productum excedit. 19. opoꝛtet subtrahere iterū. 10. et venient. 20. et illud productum excedit. 19. opoꝛtet subtrahere. 19. et sic cōsequēter fit i alijs.

Canon Exemplaris de ciclo lunari. Anno domini.

Millesimoquingentesimo septimo currente Calculando primo in annis Christi currentibus cōsiderari dn̄t cētenarij quot sunt in nūero. ꝛ p3 ꝗ sunt 15. scd̄o debēt numerari. 15. p iuncturas digitoꝝ. incipiendo a p̄ria iunctura indicis vsq3 ad. 15. et debet signari membrū. tercio debet nūerari p̄m⁹ v̄sus sc3 fila cū sequentibus silalbis vsq3 ad articulū signatū. Et si versus defecerit debet repeti. Quarto considerabis que est littera prima sillabe illius q̄ venit ad articulū signatū et quā significationē habet illa littera ex situ ei⁹ in alphabeto. et patet ꝗ in praxi ista ad. 15 iuncturam veniet illa sillaba ter cui⁹ p̄ma littera est t q̄ ē. 19. littera in ordine alphabeti et signat. 19. et scribe i tabula. 19 quinto anni articuloꝝ etiam essent numerandi p membra digitoꝝ signādo iuncturā et versus scd̄s qui est articulorum numerandus esset per iūcturas digitorum et quecūq3 dictio veniet super articulū signatū signat annum articuloꝝ hoc etiam scriberetur extra in tabula et adderet̄ annis centenarioꝝ sed hoc in presenti anno fieri non oportet quia nl est in articulis habebūt itaq3 solū. 19. pro annis centenarioꝝ. sexto his annis centenarioꝝ adde residuum annoꝝ sc3. 7. et erit summa tota. 26. septimo quia summa producta excludit numerū cicli lunaris sc3. 19. subtrahenda sunt. 19. a 26. et subtractōe facta manent septem que representent ciclum lunarē āni nr̄i. 1507. currentis

